necdū plene bonum est / & ideo non multū recor
dabitur ds dierum uitae nrae; est malum quoduidi
subsole / & frequens apud homines; Vir cui dedit
ds diuitias. & substantiam. & gloriam. & nihil deest
animae eius ex omnib; q: desiderauit; & non dedit
ei ds potestatem utmanducaret ex eo. sed uir
alienus & peregrin comedit illud. hec uanitas & lan
guor

L

pessimus ÷ . Si genuerit centum liberos & annis
multis uixerit & plures fuerint dies annorũ ei:
& anima eius non repleatur bonis nec sepulchrũ
fuerit illi ; Dixi melius ab eo eẽ abortiuũ ; In ua
nitate quippe uenit & in tenebris uadit & in
tenebris nomẽ ei: absconditur . & quidẽ solem
ñ uidit nec cognouit requies huic magis quã illi
& si uixerit mille annos duplices & bonitatem
non uidebit . nonne ad locum unum omã
ꝓperãt . Potest hoc de isrhl accipi quod dede
rit illi dñs legem & proph & ast testamentum
& repromissionem & saluatore dicente ; aufe
retur a uobis regnũ dĩ . & dabitur genti facienti
fructus eius ; Haec omnia ad alienũ & peregrinũ
de gentib; translata sint populũ . ut uide
ant illi bona sua & non fruantur ; multoq: nos
conditionis eẽ meliores . qui quasi abortiui &
nouelli putamur ab eis . quã illi qui sibi in anti
quitate ad blandebant de patrib; gloriantes
adq: dicentes ; pater nr̃ est abraham & tamen

ad unum locum & nos & illos properare to ÷ ad
iuditium dī, Omnis labor hominis in ore ipsius.
& quidem anima eius non implebitur quidenī
est amplius sapienti a stulto quid pauperi
nisi scire ut uadat contra uitam suam; Potest hoc
intellegi de ecclesiastico uiro qui in scripturis
eruditus caelestibus omnem laborem habet
in ore suo & anima eius non impleatur dū sēp
cupit discere & in eo plus habet sapiens quā
insipiens qui aproperat cū paupere illo. qui
in euangelio beatus dr̄ ad ea conprehendenda
quae uitae sunt & ambulat: astam & an
gustam uiam quae ducit ad uitam; & paup
est a malis operibus & scit ubi xp̄s qui uita est cō
moratur; Melior est aspectus oculorum sup
ambulantem in anima sed & hoc uanitas
& praesumptio sp̄s id est melius ÷ iuxta sensū
cuncta agere qui animae est oculus quā uolun
tatem cordis sequi. hoc est enī ambulare in anima
uel ceste sup bum & sibi placentē arguit;

t hoc ostendit; Melius esse exire de saeculo
& carere tribulationibus atque in cesto uitae statu
quam ingredientem mundum hec omnia sustinere;
Vel certe quod in morte quales simus notum sit.
In exordio uero nascendi quales futuri sumus ignoretur;
& quod natiuitas alligat corpore libertatem animae
mors resoluat; Melius est ire ad domum luctus
quam ire ad domum conuiuii; In quo finis est omnis
hominis & qui uiuit respiciet ad mentem utilis est
ad exequias funeris quam ad domum ire conuiuii;
Quia ibi de recordatione conditionis nrae & fragili
tatis humane ex presenti cadauere comonemur;
In conuiuio autem laeticia & iam si quid timoris habere
uideamur amittimus; Melior est ira quam risus
quia in merore uultus emendabitur cor;
Risus desoluit sapientem ira corripit & emendat;
Irascamur & nobis quando peccamus irascamur
& aliis per tristiciam quippe uultus melior fit & animus
ut interpretatus est summam & idcirco uae
nunc ridentibus quoniam ipsi lugebunt; Cor sapientis.

in domo luctus. Et cor sapientis in domo latericiae;
Beati inquid saluator lugentes quoniam ipsi consola
buntur; Lugebat et samuhel regem saul omnib;
diebus uitae suae. et paulus super eos qui post pec
cata uaria noluerunt agere poenitenciam
lugere sedicit; Cor igitur sapientis uadit ad
domum talis uiri qui se corripiat delinquentem.
et adducat ad lacrimas qui pro uoce propria
flere peccata. et non eat ad domum latericiae
ubi doctor adulator et decipit ibi non conuersi
onem audientium. sed plausus quaerit et laudem;
Melius est audire correptionem sapientis super
uirum audientem carmen stultorum quia sicut
uox spinarum sub olla. sic risus stulti sed et
hoc uanitas; Melius est enim a sapiente corripi
quam per adolationem blandientis decipi;
Cui simile est illud; Meliora sunt uulnera amici
quam uoluntaria oscula inimici; Sicut enim
uox spinarum sub olla ardentium strepitum
reddit in suauem; Sic et palpantis uerba magistri

non proderunt ue ad curas saeculi quae spinę
interp̄tantur auditores suos cohortantis
uel futuro eos incendio p̄parantis; Calumnia
conturbat sapientem. & perditcor fortitu
dinis eius; Nunc sapientem in p̄fectu
positum accipe saecundum illud. argue
sapientem & diligete; Sapiens quippe
p̄fectus. nulla argutione indiget; nulla
calumnia conturbatur; Vtamur autem
hoc uersiculo. si quando iustum uirum atq;
sapientem uideamus calumniam sustinere.
& turbari de iniquitate iudicis. nec dm̄ statim
subuenire prae sentem; Melius est
nouissimum sermonis. quam principium ei;
Dum in hoc saeculo sumus omne quod scim̄
principium est; Cum autem uenerit
quod p̄fectum est. in nouissimis consumati
erimus; melior paciens sup̄ excelsum sp̄u.
quia superius iram concesserat dicens;
Melior est ira. quam risus; Ne putaremus
iram que est in passione laudari; nuc̄ pre
cipit iram poenitus eē tollendam; Ibi enim
pro correptione in peccantes & eruditione.
in minores iram posuit; Hic uero patientiā

quae non solum in angustiis sed in lactioribus
necessaria est. ne plus quam decet exaltemur;
Videtur mihi et qui nunc excelsus apellatur
spu in euangelio pauperi spu esse contrarius.
qui in beatitudine ponitur; Ne festines in spu
tuo ut irascaris. quia ira in sinu stultorum
requiescet; Non quod concedat tardius irascendum
id circo nunc dicit; Ne festines in spu tuo irasci.
sed quodcumque furens et recens fuerit ira dilata
facilius possit sedatum auferri; et quia
semper ira iniuncta superbiae desiderat ultionem;
Melior est ut supra patientem dixit esse
quam eum qui excelsus est spu. et nunc signum
insipientia dedit. quia quamuis aliquis potens
exaestimetur et sapiens; Si iracundus sit in
sipiens arguatur; Ira quippe in sinu stultorum
requiescet; Ne dixeris quid factum est
quia dies priores meliores erant quam isti.
non enim sapienter interrogasti de hoc;
Ne uetus saeculum praesenti praeferas quia
unus utriusque est conditor deus; Virtutes bonos
dies faciunt uitia malos; Ne dicas ergo meli
ores fuisse dies sub morse et sub xpo quam
modo sunt; Nam et in illo tempore plures

fuerunt in creduli & dies eorum mali facti sunt:
& nunc credentes multi repperiuntur de quib salua
tor ait; Beatiores sunt qui me non uiderunt
& crediderunt; bona est sapientia cū heredi
tate & amplius uidentibus solem. quia quomodo
umbra sapientiae sicumbra argenti. & quod
plus scientia sapientiae uiuificabit habentē se;
maioris est gloriae sapiens cum diuitis. quam
tantum sapiens; Alii enī sapientia indigent.
alii opib; & qui sapiens est & non diues potest
quidem docere quod bonum est. sed interdum
non potest praestare quod petitur; Idcirco
ait. quia sicut umbra sapientiae. ita umbra
paecuniae; Id est quomodo protegit sapientia
sic interdum protegit & poecunia; Sed tamē
maiorem eē. diuitis sapientiam demonstra
uit dicens; Et amplius scientia sapientia
uiuificabit habentem se; In eo inquid maior
sapientia diuitis quod absq; ullis opibus
uiuificat eum qui se habuerit;
Vide operā dī qm̄ quis poterit ornare quēdā
peruertit; & hunc locum ita sr̄mmam
transtulit. disce opera dī quia nemo poterit
corrigere quod ille inminuit; Id est sufficit tibi

descripturis sacris siue ex illa contemplacione elementorum
scire et intellegere quae facta sunt; Non tamen
causas rationesque perquirere. quare unum quodque
sic factum sit uel aliter fieri debuisse quam factum.
In die bonitatis esto in bono et in die malo uide;
et quid est istud congruum huic fecit dominus ut non in
ueniat homo post eum quicquam;
Et bona inquid et mala prout uenerint tibi
sustine; ne putes uel bonorum tantum aut malorum
in mundo esse naturam; Cum ex contrariis
mundus iste subsistat. calidis et frigidis. siccis
et humentibus duris et mollibus; tenebrosis
et lucidis. malis et bonis; Hoc autem fecit dominus
ut habeat sapientia locum intellegendo bonum.
et uitando malum; Liberum homini relin
quatur arbitrium; Ne sedicat insensibilem
et stolidum ad hoc esse generatum. sed eum ideo
fecis sed iuersa ut homo queri de sua conditione
non possit; Omnia uidi in diebus uanitatis meae;
est iustus periens in iusticia sua; et est impius
longeus in malitia sua. huic quid simile
saluator in euangelio ait; Qui inuenit animam
suam perdet eam. et qui perdiderit animam suam
propter me inueniet eam; et machabei

prolegedi atq; iusticia uisi sunt in sua iusticia
perire. et martyres qui sanguinē fuderunt
p xp̄o; E contrario qui et illo tempore suillā
carnem comederunt. et qui post aduentū dn̄i
sacrificauerunt idolis hii uisi sunt in hoc saeculo
uiuere. et propter suam maliciam p̄seuerare
longeui sed dī patientia in occulto est; et tribu
lare nunc sc̄s ut recipiant mala in uita sua.
et peccatores non uisitare pro scelere et quasi
aduictimam seruare ut et illis possit aeterna
bona restituere. et his mala inferre p̄p̄ et ua;
Noli esse iustus multum et ne quaeres amplius
ne obstupescas; Si quem rigidum et trucē
ad omnia fratrum peccata conspexeris ut nec
in sermone peccanti. nec propt̄ naturalem
interdum p̄gritiam morantis et ueniam;
Hunc scito plus iniustum ēē quā iustum;
Cum enim saluator p̄cipiat dicens;
Nolite iudicare. ut non iudicemini; et nullus sit
absque peccato nec si unius quidem diei fuerit
uita eius. In humana iusticia est fragilitati
conditionis hominum non ignoscens; Noli
ergo ēē iustus multum. quia pondus grande
et pondus paruū ab hominatio coram dō

Unde et apud philosophos uirtutes in medio tullio
posita est. et omne quod nimium est. siue
sursum siue deorsum reputatur inuitio;
Quod autem ait. noli quaerere amplius ne obstu
pescas mentem nrām scit ꝑ fectam conp̄hendere
non posse sapientiam et mensuram fragilitatis
nostrae iubet nos. scire debere; Ne impie
agas multum et noli esse stultus nomoriaris
in tempore non tuo; Cum dñs loquatur.
nolo mortem peccatoris sed tantum reuestatur
et uiuat; semel peccasse sufficiat. debem̄ nos
erigere postrumam; Quod autem ait. nemo
riaris in tempore non tuo. Scimus chore
et dathan et abiron propter seditionem aduersus
morsen et aaron repentino terrae hiatu deuoratos;
Et ad emendationem aliorum ante diem iudicii
etiam in hac uita plurimos iudicatos; Quod ergo
dicit tale est noli peccatis adicere peccata.
ne prouoces dm̄ etiam hic tibi inferre supplicium;
Bonum est retinere te istud et quidem ab hoc
ne dimittas manum tuam. qm̄ quitim et dm̄
euad et omnia; Bonum est iustis benefacere
non iniustum est domesticos fidei sustentare;
Sed et omnipotenti tribuere preceptum est

timens quippe dn̄i & imitator conditoris sui.
qui pluit sup iustos & iniustos absque respectu
psonarum omnibus benefacere festinat;
Aliter quia hec uita miserabilis diuersis cotidie
uariatur euentibus. tam ad aduersa quā ad
prospera iustianimus praeparetur; & poscat
dī misericordiam ut quodcumque euenerit
libratamente sustineat; Qui enim tam & dn̄i
non prosperis eleuatur nec obprimitur
aduersis; Sapientia confortabit sapientem
sup decim potestatem habentes qui sunt in ciuitate;
Quia homo non est iustus in terra qui faciat bonū
& non peccet; decim qui potestatem habent
& in urbe consistunt angeli sunt. qui ad perfectū
numerum peruenire denarium & auxiliantur
humano generi; Quod ait in ciuitate id est
In hoc mundo. sed si quis considerat omnia
auxilia maius est auxilium sapientiae id:
dn̄i nr̄i ihū xp̄i, Postquam enim dixerunt
angeli curauimus babilonem & non est curata
relinquamus eam & habeat unusquisque in terrā suā;
Tunc magister medicorum ipse discendit,
& quia in deguit homo positus in peccatis & in
fixus in limum profundi auxilio maiori.

Idcirco uenit ipsa sapientia & curauit nos,
& quicumuis aliquis iustus sit tamen dum in
hac carne est constitutus subiectus est uitiis
atque peccatis & eius semp indiget p̄sidio,
& quidem in omnes sermones quos loquentur
impii ne dederis cor tuū qui cū audies seruū
tuum maledicentem tibi; & enim frequent̄
scit cor tuū quia tu maledixisti aliis; Fac q:
p̄cepta sunt tibi. & sapientia e auxilio conforta
tus uel ad bona uel ad mala praepara cor tuū;
& non cures quid de te loquantur inimici. quat
foris opinio sit; Quomo enim prudentis
uiri est murmorantem famulū non audire.
nec curiose aurem ad ponere quid de se loquat̄
absente Si enī hoc fecerit. semp in tribula
tione erit; & ad musitacionē serui iracundia
commouebitur; sic & sapientis hominis ÷
sapientiam per uiam sequi. & uanos non
considerare rumores; sed & alio exemplo
doc & poenitus non curandum iusto homini.
quid homines loquantur dicens; quomodo
nouit conscientia q̄ tu de aliis loquutus es
& sepe aliis detraxisti, sic & aliis debes ignos
cere detrahentibus; omnia hec temptaui.

insapientia. et dixi sapiens efficiar; et ipsa
longius fac ta est a me magis quam erat et alta
profunditas quis inueniet eam;
qui eruditus fuerit in scriptura quanto plus
scire coeperit tanto ei in his cotidie oritur maior
obscuritas. aliter; contemplatio sapientiae
in hac uita in speculo uidetur et in enigmate;
cum cognouero faciae ad faciem noticiam
reuelandam. tunc liquido recognoscam lon
ge me nunc ab eius noticia distare;
Circuiui ego cor ut scirem et considerarem et quae
rerem sapientiam. et rationem et cognosce
rem impietatem stulti et inprudentium errorē;
et inueni ego amariorem morte mulierem;
quae laqueus et sagina. cor eius uincula sunt.
manus eius bonus coram deo eruetur ab ea.
et qui peccator est capietur in illa. Dicit se
omnium malorum caput mulierem reppe
risse. quia et per illam mors intro ibit in orbē
terrarum. et pcio sas animas uirorū capit;
Omnes quippe adulterantes quasi clibanus
corda eorum que facit adulescentium.
corda euolare, et cum in mentem miseri
amatoris inciderit trahiteum in proceceps.

nec ante pedes suos respicere patitur. sed quasi
laqueus & sagina cor aduliscentis innectit;
Vincula sunt enim manus eius qui fuerit iustus
& bonus cor tunc deo aeruetur ab ea. peccator
uero captus deducetur ad mortem; Non
putemus hanc salomonem de omni genere
mulierum protulisse sententiam: quod ex
ꝑtus est loquitur; Ideo quippe offendit dm̄
qui captus erat a mulieribus. & haec scdm̄
litteram. ceterum iuxta intellegentiam
spiritalem; aut omne generaliter peccatum
mulierem nominauit; aut diabolum propt̄
effeminatas uires. aut certe idolatriam;
& ut propius accedamus hereticorum ecclesia
quae insipientem sensu adseuocat;
Ut panes fustiuos & aquam fustiuam. hoc
falsum sacramentum. & pollutum baptismū.
In doctus accipiat: Ecce hoc inueni dixit
ecclesiastes unam ad unam ut inuenirem
numerum quem adhuc quesiuit anima mea
& n̄ inueni & hominem unū de mille inueni;
& mulierem in omnibus non inueni; Solū modo
hoc inueni quia fecit dr̄s hominē rectum & ipsi
quae sierunt cogitationes multas; hoc inquid

repperi uniuersa diligenter euentilans
quod paulatim peccando & ad unum delictum
aliut adponendo grandem nobis summam
efficimus peccatorum ; & hoc ait requisiuit
anima mea an recta mulier inueniatur ;
& cum uix paucos de uiris bonos inuenirem
ita ut de mille unum poterim inuenire . mulierē
bonam omnino inuenire non potui ; omnes
enim me ad luxoriam & non ad uirtutem de
duxerunt . & quia ad positum est cor hominū
diligenter ad malitiam ab adolescentia & poene
omnes offenderunt dm̄ in hac ruina generis
humani facilior est ad casum mulier de qua
& poeta gentilis ait ; uarius & mutabilis est
mundus ꝑ feminam ; & ne uideretur cōmunē
hominū dampnare naturam & dm̄ auctorē
facere mali . dum aliorum conditor sit qui
malum uitare non possit . argute p̄ cauit
& ait ; bonos nos ad ō conditos sed quia
liberi sumus de relicti arbitrio . uitio nr̄o
ad peiora labi . dum maiora querimus & ultra
uires nr̄as uaria cogitamus ; hec omnia
tropholigicae accipienda sunt . In multis
quippe studiosis & cotidiana meditacione sudantib:

uix inuenitur cogitatus purus & uiri uocabulo
dignus, possumus & cogitatus prouiris accipere.
mulieres pro operibus. & dicere quod deficile
cogitatio alicuius pura inueniri quae at;
Opera uero quae per corpus administrentur
aliquo semper errore commixta sint ;
quis ita ut sapiens & quis nouit solutionem uerbi.
sapientia hominis inluminauit uultum eius.
& fortis faciem suam commutauit ;
Nunc quid boni homini dederit dominus emunerat.
sapientiam scilicet atque racionem prouidentie;
Occulta dei nosse misteria & in archanum
eius sensu cordis intrare & sapientia eius non solum
intrinsecus lucere sed etiam superficia e corporis
& speculo uultus fulgere ;
Omnia haec uidi & dedi cor meum in omne
op: quod factum est sub sole & dominatur
homo homini ut adfligeret eum ; & tunc
uidi impios sepultos. uenerunt & de loco sancto
egressi sunt & laudati sunt in ciuitate qui a sic
fecerunt. sed hoc uanitas qui a non est contra
dictio facientibus malum ; Dedi inquid
cor meum ut omne quod sub sole geritur intuerer ;
& hoc uel maxime quod homo acciperit in homines

potestatem. utquoscumque uult adfligat
atq; contempnet; cum itaq; mentem meam
ad haec intuenda dirigerem;
Vidi impios cum tali opinione mortuos.
& sic sepultos ut sci aestimarentur in terra;
Sicut scriptum est. laudatur peccator
in desideriis animae suae. & qui iniqua gerit
benedicetur; hoc autem euenit qui a nemo
peccantibus contradicit; possumus hoc
testimonium dicere aduersus episcopos
qui acciperunt in ecclesia potestatem.
& scandalizant eos quos doce[illegible]re
& ad meliora incitare debue[illegible]rant;
Hii frequenter post mortem laudantur
in ecclesia. & beati in his quae non proba
biliter fecerunt publice; siue a successoribus;
siue a populis praedicantur; & hoc
itaque uanum est qui a non utezerunt
sic audiunt nec statim corripiuntur in
peccato suo; Nemo quippe audet. N. Considerate hoc dicit.
accusare maiorem. propterea
quasi sci & beati & in p[illegible]
ceptis dni uiuentes
aestimati augeant peccata;

Nri temporis cpi ex
cipiant rari ad hoc sp
ventes ut faciant mala
bone aut facere nesci
unt.

peccatis. difficilis est ccc cusatio in epm & si pec
cauerit non creditur. & si conuictus fuerit non
punitur; Quia peccator facit malum centies
& elongat ei ds. & hoc cognosco ego quod erit
bonum timentibus dm. quia timebunt a facie ei;
& eo quod peccat plurimum & non eum statim
punit in scelere ds. sed expectat ut conuertatur
ab iniquitate sua; ego intellego quam benignus
& misericors super eos futurus sit ds. qui
habent timorem eius & aduerbum illius contre
mescunt; & bonum non sit impio & non pro
lon[illegible]g & dies quasi umbra qui non timet
a fa[illegible]cie eius; In praecamur male
his qui non habent timorem di & obtat
ne [illegible] deferantur a poena. sed statim morte
subtracti cruciatus recipiant quos merentur;
Simile quid & apls loquitur; Utinam
praecidantur. qui uos conturbant;
Haec iuxta sensus haebraeice ueritatis.
si quis uero septuaginta interpretes sequitur
qui [illegible] quasi ab alio sensu incipientes
di[illegible]xerunt; & ego cognosco
quia erit bonum timen
tibus dm. ut timeant

a facie eius; & bonum non erit impio & non
prolongabit dies in umbra. qui non est
timens a facie dei; hoc poterit dicere; Fiant
quidem & illa de quibus paulo ante tractaui.
ego tamen manifestissime cognosco quia bene
erit. his qui timent a facie eius; & impio
non erit bene, Non enim timet a facie dei.
& non prolongabit dies in umbra. hoc ÷
dies uitae suae; Qui quasi umbrae uiuentibus sunt;
Non hii qui multo tempore uiuunt prolon
gent dies suos. sed qui grandes eos faciunt
bonorum operum magnitudine; Unde
& iacob quasi peccatorem se confitens dicit;
Parui & mali dies mei. non quod longam uitam
quae sic erit in praesenti. In quo omne quod uiuimus
breue & umbra est & imago. sed quod defutus
timeat. ne longitudo uitae ipsius ubi uera ÷ uita
breuiatur; est uanitas quae fit super terram
quias iusti per quos ueniunt quasi facta iniustorum.
dixi quia hoc uanitas est; Inter ceteras
uanitates quae in mundo uario feruntur
euentu. & iam hoc deprehendi quod iustis ea frequenter
eueniunt quae impiis euenire debuerant. Hinc psalm. In labore
& impii tam feliciter in hoc mundo degunt ut eos putes homenum. et cum homo non flagebuntur.
esse iustissimos;

dabit enim & exemplum euangelium diuitis purpo
rati & pauperis lazari; hoc dedi in corde meo
ut considerarem uniuersa. quia iusti & sapien
tes & opera eorum in manu dei & quidem
caritatem. & quidem odium non est cognos
cens homo omnia in facie eorum;
& iam in hoc dedi cor meum & scire uolui quos deus
diligeret. & quos odisset & inueni opera
iustorum in manu dei esse; & tamen utrum
amentur a deo. an non; non queo scire. & am
bigo utrum ad probationem sustineant. quae
sustinent an ad iuditium; In futuro igitur
scient & in uultu eorum omnia idest ante
ceditur eos. cum de hac uita recesserint noticia
huius rei; quia tunc erit iuditium. nunc
cessamen. & quicumque aduersa sustinent utrum
per amorem dei sustineant. ut iob. an per odium
ut plurimi peccatores nunc habetur in cesto;
In omnibus euentus unus iusto & impio. bono
& malo; mundo & polluto. sacrificanti.
& non sacrificanti. sic bonus ut peccator.
Sic iurans ut iuramentum timens, ea quae
per se nec bona nec mala sunt sed a sapientibus
huius seculi media nuncupantur

quia equaliter & iustis eueniunt & iniustis
simplices quosque conturbant. cur ita eueniant
& propterea non putant esse iudicium; cum
omnium rerum in futuro discrimen sit & hic
confusa sunt omnia; quod autem ait. euenit
unus omnibus iusto & impio. siue angustiarum
siue mortis significat euentum; & idcirco
nec caritatem dei in se nos se nec odium.
Sed & cor filiorum hominum repletum est malitia
& errores in corde eorum. in uita sua. & post hec
ad mortuos quia quis est qui communicet
in omnes uiuentes; Quoniam communes angustiae
iustos & iniustos premunt idcirco ad peccata
homines prouocantur; & tamen post omnes
conatus quibus frustra nisi sunt. dum ignorant
ad inferna discendunt nec ultra possunt
consortium habere cum superis;
Melior est canis uiuens leone mortuo; quia
uiuentes sciunt quod morientur. & mortui
nesciunt quicquam. & non est eis amplius merces.
In obliuione enim uenit memoria eorum.
sed & dilectio eorum & odium eorum & zelus
eorum iam periit. & pars non est eis adhuc in seculo
In omne quod fit sub sole; post mortem uero

quam diu uiuunt homines dicit posse eos iustos fieri

Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. ac coperit iudicare solum per ignem tunc manifesta erunt abscondita corde nostri.

boni operis nullam occasionem dare; peccator
enim uiuens potest melior esse iusto mortuo
si uoluerit in eius transire uirtutes. uel certe
ab eo quis enim malitia potentia & procacitate
iactabat & mortuus fuerit; melior potest esse
quamuis uilissimus pauper adhuc uiuens;
Quare qui a uiuentes meu mortis possunt
bona opera perperare; mortui uero nihil ualent
at id adicere quod semel secum tollere deuita
& obliuione obuoluti sunt; sed & dilectio eorum
& odium & immolatio. & omne quod in seculo
habere potuerunt mortis finitur aduentu;
nec iuste quippiam possunt agere. nec peccare
nec uirtutes adicere nec uitia; Sed adhuc
ad altiora ascendamus. & chananeam illam
cui dictum est. fides tua te saluam fecit;
uade in pace; canem esse iuxta euangelium
dicamus; Leonem uero mortuum circumcisionis
populum. sicut balaam propheta dicit;
ecce populus ut catulus leonis consurgit. ut
leo exultans. canis ergo uiuens. nos sumus
ex nationibus; Leo autem mortuus. iudeorum po
pulus a domino derelictus; & melior est apud deum
iste canis uiuens. quam ille leo mortuus;

Nos enim uiuentes cognoscimus patrem & filiū
& spm̄ scm̄; Illi uero mortui nihil sciunt
neque expectant aliquam repromissionem
atque mercedem. sed completa est eorum
memoria, neq; ipsi meminerunt quae scire debuerant
neque illorum dn̄s iam recordatus est. dilectio
quoque qua aliquando dm̄ diligebant perit;
& odium de quo audaciter loquebatur: nonne
qui te oderunt dn̄s oderam illos & sup inimicos tuos
tabescebam; nec non & zelus eorum iuxta
quem fine es zelatus est. p spicuum est autem
quod & pars eorum non est in sc̄lo. non enim
possunt dicere pars mea dn̄s; ab eo quod ait;
uade comede in laetitia panem tuum. & bibe
in corde bono uinum tuum usq; ad eum locum
in quo ait; similiter capientur filii hominū
in tempr̄ pessimo cū ceciderit sup eos sobito,
antequam de singulis disputemus. breuiter
constringenda sunt ut appareat quod simul
sensu cuncta dicantur; Quia in superiori
capitulo fuerat preloquutus; quod postquā
mortui fuerint homines, a corde uiuentium
excidant; nec dilectionem quis in eos habeat
nec odium. & quia sub sole ultra nihil possunt;

Laborandū ne
cōt ut memoria
haberemus in celis.
quorū brevis est n
la ē in corpis.

Nunc quasi errorem humanum et consuetudinem
quasi ad fruenda huius uitae bona inuicem
hostantur. Inducit dicens; O homo quia
ergo post mortem nihil est et mors ipsa
nihil est. audi consilium meum. dum uiuis
in hac breui uita perfruere uoluptate. utere
laboribus uino curas obprime. et intellege
quoniam adeo tibi donata sunt ad utendum; candidis
uestibus ornatus incede. unguentis spiret
caput tuum; quae cumque tibi placuerit femi
narum eius gaude conplexu. et uanam hanc
et breuem uitam; uana et breui uoluntate
percurre, Nihil enim extra haec habebis
amplius quam frui. quod cumque te delectare
potest festinus carpe; ne pereat;
Neque enim friuola debes formidare commenta.
quod singulorum operum uel bonorum uel malorum
apud inferos tibi reddenda sit ratio; Non est
enim in morte aliqua sapientia. nullus est
post desolutionem uitae huius sensus; et haec
Inquid loquuntur pestes pecodesque philosophorum;
ego autem mecum diligenter pertractans inuenio.
non utquidam male aestimant omnia fortuitu
geri et uariam in rebus humanis fortunam ludere;

Ex eorum persona loquitur. quia mundum credunt casu regi. non ratione diuina.

Ecclesiastes. ex ratione. hoc dicit.

sed cuncta iuditio dei fieri; Neque uelox pedib;
suum debet cursum inputare sicurrat;
Nec fortis in suo confidat robore. nec sapiens
diuitias et opes sua aestimet prudentia congre
zari; Nec eloquens et doctus per eloquentiam
et doctrinam apud populum inuenire se posse
gratiam sed omnia a deo fieri disponente;
et nisi ille suo cuncta exercuerit arbitrio et
aedificauerit. in uanum uigilant et laborant
qui edificant ea et diligunt; non est itaque
ut illi putant. unus euentus et incestus uitae
huius status; quia quando non aestimant
repentina mors te subducti ad iuditium uenient;
et quomodo pisces capiuntur amo et retib;
aues per aerem libere uolantes laqueo dum
nesciunt alligantur; Sic et homines pro suo
merito ad aeterna deducuntur supplicia;
Cum repente mors euenerit. et iudicium in eos
qui putabant incesto statu omnia uolutari;
haec iuxta sensum illum quo breuiter uoluimus
uniuersa comprehendere. nunc interpre
tanda sunt singula; Uade comede in laetitia
panem tuum et bibe in corde bono uinum. quia
complacuerunt deo operatua; quia dedicisti

quod morte omnia finiantur. & in inferno
non sit poenitentia nec alicuius uis tutis
recursus; dum in isto seculo es festina
contende age poenitenciam; dum habes
tempus labora. libenter enim suscipit
poenitentiam dns; In omni tempore sint
uestimenta tua candida & oleum de capite & uo
non desit, habeo inquid corpus mundum.
& a esto misericors; ✓ ✓ ✓ ✓
Uiue uitam cum muliere quam dilexisti omnib;
dieb; uanitatis tuae quidcti sunt tibi sub sole.
quia haec est pars tua in uita & in labore qd tu
laboras sub sole; Sapientiam sequere.
& scientiam scripturarum & hanc tibi in con
iugium copula, de qua in prouerbiis dicitur;
Ama illam & seruabit te. dies aut uanitatis
dies sunt scli huius; & pulchre precipit
ut in diebus uanitatis nrae ueram uitam
cum sapientia uxore quaeramus;
haec enim pars nra est & hic laboris fructus.
si in hac uita umbratili uitam ueram inuenire
ualeamus; Omaq. inueniat manus tua
ut facias in uis tua fac. quia non est opus
& cogitacio & sapientia in inferno quo tu uad illuc;

Fac quodcumq; potes & nunc labora quia cum
ad inferna discenderis locus non erit poenitentię;
Huic simile a saluatore precipitur; operamini
dum dies est. ueni & nox quando nemo poterit
operari; quod autem ait. in inferno quo tu
uadis illuc; Nota ut samuhelem quoq; uere
in inferno credas fuisse & ante aduentū xpi
quamuis scōs omnes in inferno detentos;
Porro (qd) post resurrectionem dni nequaq; (am) tene
antur in inferno. testatur apls dicens.
Melius (÷) desolui & esse cum xpo. qui autem cū
xpo est. utiq; (non) tenetur in inferno;
Conuerti & uidi sub sole qm̄ non est uelocium
cursus nec fortium proelium nec sapientium
panis. nec prudentium diuitiae nec scientiū
gratia. qm̄ tempus & euentus occurrit omnibus;
his qui uinctus est con pedib; ferreis & grauib;
plumbi nexib; p̄ grauatur; iniquitas enim
sedet sup plū beum talentum. non aptus ad
cursum illum de quo dic̄ apls; cursū consūmaui
fidem seruaui. quia ū leuis ÷ & anima illius
n̄ grauatur. nihil omin̄ & ipse absq; adiutorio dni
ad caelum n̄ potest p̄uenire; Sed & cū proeliū
fuerit aduersus contrarias potestates lic & rob; t̄ sit

Si abraham et da
ante aduentū xpi in
na. quē credis de ante
scis in celo

tamen proprius uiribus uincere non ualebit;
Pfectus quoq: in filiis hominum & sapiens uiuentē
panem. atq: caelestem habere non poterit nisi
p sapientiam hortantem. uenite comedite meos
panes; & q̄m non derunt diuitiae de quibus
apl̄s ait; diuites fieri in operibus bonis;
& alibi diuites facti estis in omni sermone.
& in omni scientia; Sciendum prudentem uirū
has non posse diuitias congregare nisi eas
ad̄o acciperit. cuius ipse diuitiae sunt; Gratia
quoq: nisi scientiam comitata fuerit & concessa
ad̄o. quamuis eruditus uir eam non poterit
inuenire; Ad extremum nascitur ab homine
quando tempus adueniat in quo uarios euent̄
& finis omniū subsequatur; haec secundum
anagogen cæterum ut simplicius disseramus epistl̄
ad romanos. huic loco congruit quia n̄ uolentis
neq: currentis sed miserentis d̄i sit; qd̄ aū ait;
Non est sapientib: panis multorum cotidie p̄bat̄
exemplo. quia cum sapientissimi sint necessariis
indigent; & illud n̄ est scientib: gratia; Videm̄
enī in eccl̄a in peritissimos quosq: florere & quia
nutrier̄ frontis audatiam & uolubilitatē lingue
consequutis̄. dū n̄ recogitant quid loquātur;

Excellentior intellectus.

prudentes & eruditos se arbitrantur. maxime
si fauorem uulgi habuerint qui magis dictis leuiorib;
dilectantur & commouentur; & econtrario
eruditū uirū latere in obscuro p sequutiones pati.
& non solū in populo gratiā non habere sed & iā
in opia & egestate tabescere; hec aū fiunt quin cesto
statu feruntur omā. & n̄ ÷ in p̄senti retributio
meritorum sed in futuro; & quidem nescit homo
tēpus suū quasi pisces qui rex in & in rex iaculo malo;
sicut uolucres qui colliguntur in laqeo; similit̄
corruet filii hominū in tēpr̄ malo cū ceciderit
super eos subito; Jā supra diximus. qd dū nesciunt
homines ita eis angustiae ueniant & interitus;
porro secdm allegoriam sciendum est. regnū caelorū
simile eē sagenae missae in mari, & econtrario
habere sagenā haereticos p quam pisces capiant
ad interitum; Sagena ergo est sermo affabilis.
blandum eloquium. simulata ieiunia. uestes
humiles. uis tutum imitacio; qd si coeperint
de superioribus disputare & in sublime leuare
os suum. & dī altitudines quaerere. laqueum
ponunt in excelsis. quomodo igitur pisces & uolucres
cito capiuntur a tali sagena. & istius modi laqueo;
Sic cū multiplicata fuerit iniquitas & refrigescit caritas

Ubi unū sonat aliud intellit.

In uestimentis ouū intrinsecus lupa pacis.

multorum. et signa facta fuerint ita ut seducantur
si possibile est etiam electi; Sciendum est aec
clesiasticos quoque uiros qui filii hominum appellantur.
et sunt modice fidei cito posse corruere; Notandum
uero quod per totum librum ubicumque dicitur filii hominum
in hæbreo habet filii hominis hoc est filii adam et omnis
poene scriptura hoc idiomate plena est uniuersum
genus hominum adam filios uocans; sed et hanc
uidi sapientiam sub sole. et magna est apud me.
Ciuitas parua et uiri in ea pauci. et uenit ad eam rex
magnus et circumdedit eam et ædificauit aduersus eam
machinam magnam; et inuenit in ea uirum pauperem
et sapientem. et saluauit hic ciuitatem in sapien
tia sua; et homo non recordatur hominis pauperis
illius, Parua ciuitas et uiri in ea pauci. ad conpara
tionem totius mundi ecclesia dicitur; aduersus eam
consurgit rex magnus diabolus non quod magnus sit.
sed quod magnum se esse iactitet et circumdat eam
obsidione siue per se quitionis; Siue alio angustiarum
genere. inuenit in ea uirum pauperem et sapientem
dominum ihesum xpm. qui pro nobis pauper factus est et liberat
urbem in sapientia sua; quotiens uidimus leonem
sedentem in insidiis cum diuitibus; hoc est cum sena
toribus et principibus huius seculi; et aduersus

ecclesiam molientem. pauperis istius sapientia
corruisse; cūq; paup hic uicerit & urbs pacifuerit
restituta. uix aliquis eius meminit; uix illius
mandata considerat; sed totos se luxoriae
& uoluptatibus concedentes quer diuitias quae in necessi
tatem liberant; & dixi ego. melior ÷ sapientia
sup fortitudinem & sapientia pauperis quae dispecta ÷
& uerba eius quae non s audita. quam quā nullus
meminerit sapientis pauperis illius; cū l & asij
omnia sed uniuersi. diuitias & potentiam ad
mirentur; ego tamen magis honoro contēptam
sapientiam & uerba quę nullus audire dignatur;
Uerba sapientium inquiete audiuntur. plus quā
clamor potestatem habentis in stultis; quāecūq;
in ecclesia declamatorem & cum quodā lenocinio
hac uenustate uerborum excitare. plausus ac risum.
& audientes in affectum laetitiae concitare,
scito signum ee. insipientiae. tam eius qui loqt
quam eorum qui audiunt; Uerba quippe sapientiū
inquiete & moderato audiuntur silentio;
qui uero insipiens ÷ quāuis potens sit.
& clamorem siue suae uocis siue populi habeat
adclamantis: int insipientis con[illegible]pu[illegible]tatur;
melior ÷ sapientia sup uasa belli & peccans unus

·O ms declinauerit simul
nulos facti s.

·Ex fructibus eorū eo
nosceris eos.

perdet bonitatem multam ; Nunc quoque
sapientiam ecclesiastes p̄ fert fortitudini et dic̄
plus eam ualere in proeliis quā arma pugnantiū.
et si unus insipiens fuerit quamuis paruus
et nihil sit crebro tamen p illius stulticiam opes
magnas diuitiasque subuerti :~ : ꝛc
Muscae mariturę exterminant oleum conposi
tionis ; praeciosa est sup sapientiam et gloriā.
stulticia parua, exemplum superioris sensus
dedit in quo ait. p unum stultum multa bona
posse subuerti ; quod sic malus mixtus bonis
contaminet plurimos, quomodo muscae
si moriantur in ungento p dantodorem illius
et saporem ; et quia saepe calliditati. mixta
sapientia et habet malitiam prudentia. praecipit
ut sapientiam simplicem requiramus ; mixtaq; sit
cum innocentia columbarum, prudentissimos
ad bonū. simplices aut̄ ad malū ; conuenit
iusto paruū habere simplicitatis et ꝓpt̄
nimiam patientiā dum ultionē reseruat dō
plus stultū uideri quam statī se uindicantem sub
uelamēto prudentiae exercere malitiam ;
Cor sapientis in dextera eius. et cor stulti
in sinistra illius ; sed in uia cū stultus ambulat

cor eius minuitur. Et dicit omnis insipiens est.
In euangelio praecipitur. ut nesciat sinistra
quid faciat dextra sapientis; et quando per
cutitur in maxillam dexteram non iubemur
sinistram genam percutienti praebere sed alteram;
Iustus enim sinistrum in se non habet sed totum
in eo dextrum: et cum ad iudicandum uenerit
saluator. agni stabunt ad dextris, haedi uero
a sinistris erunt; et in prophetia dicitur, dextras
uias nouit dominus. que autem peruerses a sinistris sunt;
Qui ergo sapiens: semper de futuro seculo cogitat.
quod ducit ad dexteram, qui uero insipiens:
de presenti quod positum est in sinistra; Sequens autem
uersiculus in quo ait; Sed in uia cum stultus
ambulat cor eius indiget. Et dicit omnis insipiens:
hinc sensus:, stultus ut ipse peccat sperato mens pec
care similiter. atque ex suo ingenio uniuersos
iudicat; si spiritus habentis potestatem ascenderit
super te. locum tuum ne dimiseris quia sanitas
requiescere facit peccata magna; principem
mundi istius et rectorem tenebrarum operantem in filiis diffidentie cuius et apostolus meminit.
nunc scriptura significat; quod si in cor nostrum
ascenderit. et animum male cogitationis uulnus
acciperit;

Non debeamus locum tribuere sed pugnare contra
cogitationem pessimam & liberari a peccato maximo
ne scilicet cogitationem opere cōpleamus;
quia aliud cogitatione aliud opere peccare;
de quo grandi peccato in psalmo scribitur; Si mei
non fuerint dominati tunc in maculatus ero & emun
dabor a delicto maximo; Symmachus
uerbū hæbrei cū int̄ pretatus ē ad sensū & ait:
Si spūs principis inruerit tibi de loco tuo
ne recedas; quia pudicitia conprimit peccata
magna; Idest si tibi auerit mentem tuam diabol
& te ad libidinem concitauerit ne sequaris
cogitacionē pessimam & blandientē uoluntatē
sed sta fortis & rigidus & frigore castitatis flāmā
extingue uoluntatis;
est malū qd̄ uidi sub sole quasi ignorantia egrediens
a facie potentis dari stultū in sublimitatibus
magnis & diuites in humilitate sedentes uidi
seruos inequis & principes ambulantes quasi
seruos super terram; hanc ergo iniquitatem sē in sclo
p̄ spexisse cōmemorat p̄ quod uideatur iniustū
eē dī iudicium & siue p̄ ignorantiam siue
absq: ei; fieri uoluntate; ut sepe hii qui diuites s̄
in sermone atq: sapientia & in operibus bonis.

Allido paruulos tuos ad petrā.

In humilitate ignobilis sedeat. Et inprudens
quisque primatum in ecclesia teneat; hoc autem
fieri a diabolo qui in saeculo habet potestatem.
ut sapientes quosque et doctos viros praemat
neceos in populis apparere permittat. illos vero quos
scit inprudentes esse in ecclesiis faciat esse maiores.
ut caeci a caecis ducantur in foveam; In hunc sensum
facit et illud quod sequitur, Vidi servos super equos
et principes ambulantes quasi servos super terram,
quod hi qui servis vitiorum. atque peccati subita
a diabolo dignitate elevantur; et magister quisque
nobilis et prudens paupertate oppressus gradiatur itinere
officioque servorum; Non sim itaque tristes si in hoc saeculo humiles
esse videamur; Scientes a facie diaboli stultos sublevari et divites
deiici. Servos insignia habere dominorum et prin
cipes servorum ingrediuilitatem;
qui fodit foveam in ipsam cadet. Et quidis si pati sepe
mordebit eum serpens; Ex parte simplex et ex parte
misticus intellectus est; Siquidem et alibi ipse
salomon ait; Qui statuet laqueum capietur in illo
et in psalmo septimo. Lacum aperuit et effodit eum
et incidit in foveam quam fecit; Sepis autem
maceriaeque convulsio ecclesiastica dogmatans et insti
tutio ab apostolis prophetisque data; quae quidem solverit.

Vel terrae cui rex puer et cui principes mane medent.

Ipsi peccatores [illegible] in saeculo divi[illegible]cias.

eaq: uoluerit praeterire in eo ipse quod neglegit.
a serpente percutitur, de quo serpente dicitur per prophetam;
si discenderit in infernum mandabo serpenti
et mordebit eum; qui subtrahit lapides dolebit
in eis, et qui scindit ligna periclitabitur in eis;
episcopus autem prebet si iuxta mandatum leuitici
de domo leprosa lapidem abstulerit in puluerem
et cernerem conterendum. dolebit in eo ipso
quod de ecclesia xpi lapidem auferre cogatur;
sed discens secundum apostolum, flere cum flentibus, lugere
cum lugentibus; et quis infirmatur et ego non infirmor,
quis scandilizatur et ego non uror; Ligna quoque
scindens periclitabitur in eis, heretici ligna
infructuosa sunt, et saltus absque utilitate pomorum;
Unde et in templo dei prohibitur plantari nemus et uana
foliorum. id est uerborum tantum sonantium spernuntur
umbracula, quam uis igitur sit prudens et doctus
cur quigladio sermonis sui haec ligna conscindat.
periclitabitur in eis nisi sed diligenter attenderit
maxime si ei quod sequitur accederit;

Heretici homines deuita post primam et secundam admonicionem.

Si retorsum fuerit ferrum et faciem eius turbauerit
id est si disputatio eius infirmior fuerit
inuenta. nec a cum ingenii habuerit quo contraria
quaeque sec et sed principale cordei habet in parte

transibit aduersam ; & confirmabit eum fortitudo
aduersa, Incipi & inquid fortitudinē habere
& sapientiam quae sup fluaest & non adiuuat
possidentem ; Si rex consum fuerit ferrum & hoc
non ut prius fuit · sed conturbatū erit iustitib;
corroborabitur & reliquū fortitudinis sapientia ;
Euenit · quippe intēdum utcū modicum scientię
quis habuerit elatus in sup biam discere desistat
& legere ꝑ ciulatim & eo quod nihil ei additur
subtrahatur & uacuum disciplinis pectus
remaneat · ferrūq; quod acutū fuerat habitet
otio & desidia quasi quaedā rubigo sapientiae ;
Si igitur quis hoc passus fuerit non disperet
remedium sanitatis · seducat ad magistrum ·
& rursum instruatur a beo ; & post laborē & in
dustriam sudore nimio · ualebit sapientiam
recipere quam amiserat ; & hoc est qd in hebreo
significantius dr̄ & fortitudinibus · corroborabit ;
Idest labore & sudore & industria & cotidiana
lectione sapientiam consequetur ; & fortitudo
ipsius habebit hunc finem ut accipiat sapientiā
si mo mordeerit serpens in silentio · & n̄ est amplius
habenti linguam ; Simplex hic sensus est ;
serpens & detractor equales sunt · q̄ modo ille

Iustus in lege meditatur die ac nocte.

occulte mordens uenenum inserit. sic iste clam detrahens
uirus pectoris sui infundit in fratrem & nihil habet
a serpente amplius; Cum in lingua hominis ad bene
dicendum & ad edificationem proximi sit creata ille eam
serpentiae qualem facit dum uis tutib. ei; in peruersum
abutitur. Aliter. Si quem serpens diabolus occulte
momorderit. & nullo conscio eum peccati ueneno in
fecerit. si tacuerit qui peruersus est & non egerit
paenitenciam nec uulnus suum magistro uoluerit
confiteri. magister qui linguam habet ad curandum.
facile ei prodesse non poterit;

Nisi a porias medico uulneris putrodinem accipies ab eo curationem.

Uerba oris sapientis gratia & labia insipientis
praecipitabunt eum; Stulticia si successet & rustici
tate contenta minus aliquid haberet mali. nunc
autem contra sapientiam bellum gerit. & quicquid
prudentiae in docto uiro uiderit zelo stimulata
non recipit. Loquitur enim uir sapiens. uerba scientiae.
& uerba gratie quae utilitatem possunt prebere
audientibus. & aures stulti non ita audiunt quae
dicuntur ut dicta sunt; Sed e contrario uirum
prudentem subplantare conatur & sui similem
facere; & reuera praecipitatur uir sapiens
quando in aurem loquitur imprudentis. & uerba
eius quasi in profundo pereunt gurgite;

Vir insipiens sub plantat quod iustum est.

Unde beatus ille est qui in aurem loquitur audi
entium; Initium uerborum stulti insipientia. &
nouissimum oris eius error pessim. & stultus multi
plicat uerba. ignorat homo quid sit quod factum est.
& quod futurum est post eum quis adnuntiabit ei;
Adhuc eiusdem stulti disputacio est cuius labia
praecipitant sapientem; quod initium sermonis ei;
& finis stulticia sit & error pessimus dum non
manet in sentencia. sed putat in multiplicatione
sermonum. effugere se posse peccatum; cum enim
nec preteritorum meminerit nec futura cognoscat
tenebris ignorantiae uoluitur; & in eo doctum
se putat esse & sapientem si uerba multiplicet;
potest hoc & de heretici accipi. qui prudentium
uirorum dicta non capiunt. sed se ad disputaciones
contrarias preparantes. & initium & finem loquendi
cum multo errore conuoluunt; & cum nihil sciunt
loquuntur plura quam norunt; labor stultorum
adfligit eos qui nesciunt iram in ciuitatem. hoc potest
generaliter de omnibus stultis accipi qui ignorant dominum.
Lege platonem, aristotilis uolue uersutias;
Zaenonem cerne & eadem diligentius intuere
& probabis uerum esse quod dicitur. labor stultorum adfligit eos;
Ueritatem quidem omni studio quaesierunt.

Sed quia non habuerunt ducem itineris putant
esse humanis sensibus posse comprehendere
sapientiam. ad ciuitatem hoc est ad ecclesiam minime
peruenerunt; et quod de phr̄ losopis diximus.
hoc idem et de heretici sentiendum est. quod frus
tra laborent et adfligantur in studio scripturarū;
cum ambulent in deserto et ciuitatem inuenire
non ualeant. de quorum errore et psalmista
cōmemorat dicens; errauerunt in deserto et in in
aquoso. uiam ciuitatis habitaculi n̄ inuenerunt;
siquidem hanc ueritatis et sapientiae ciuitatē
de qua idem psalmista ait; dn̄e in ciuitate tua
imagines eorū ad nihilū redige; cum firma sit
et robusta om̄s sapientes scl̄i et heretici in pugna
reconantur, sed omnes umbras et diuersas
imagines atq; personas. quas sibi in uariis dogmatib.
induxerunt in urbe sua dn̄s dissipauit;
Uae tibi terra cuius rex adulescens et principes tui
mane comedunt; beata tu terra cuius rex tuus
filius ingenuorū. et principes tui in tempr̄ come
dent in fortitudine. et non in confusione;
Uae terrae cuius rex est diabolus qui semper rerū
nouarum cupidus eos habet iudices et principes;
qui amant huius saeculi uoluptates;

quantequam dies mortis adueniat. dicunt manducemus & bibemus cras enim moriemur. at contra beata terra ecclesiae cuius rex est xps filius ingenuorum de abraham & isaac & iacob prophetarum quoq: & scorum omnium stirpe discendens. Quibus peccatum non fuit dominatum & ob id uere fuerunt liberi. eiusq: sunt principes apli & omnes sci qui regem habent filium ingenuorum; non comedunt mane nec uelociter, non enim in presenti sclo quaerunt uoluptatem sed tempore suo manducabunt, cum retributionis hora aduenerit & manducabunt in fortitudine non in confusione; Bonum quippe praesentis saeculi confusio est. futuri uero per peccata fortitudo. In pigritiis humiliabitur contignatio firmitate manuum stillabit domus; domus nra quae cum status hominis creata est. & habitatio quam habemus in caelis; si pigrissimus & ad bona opera tardiores humiliabitur; & omnis contignatio quae debet culmen portare in sublime ad terram corruens habitatorem suum opprimit; Cumq: auxilium manu[illegible]um uis tutumq: torpuerit omnes desuper tempestates & nimborum ad nos turbo erumpit; porro quod in homine uno interpretati sumus. melius potest super ecclam accipi

quod p neglentiam principum; omnis eius corruit
altitudo. et ibi uitiorum in lacebrae sunt ubi tegmen
putabatur eē uis tutum; In risum faciunt panē
et uinū. ut epulentur bibentes et argento oboediunt
omnia; Nunc accusateos qui loquuntur quidem
in ecclesia et docent populos. sed ea docent quae populi
audire dilectantur quae peccatores palpant in uitio.
et strepitus concitant audientium; n̄ nequando
in ecclesia lasciuit oratio et beatitudinē regnacaelorum
multitudini pollicetur; Ui detur tibi in risu facere
panē et uinum. ad laetitiam misceri audientiū,
Siue quod ipsi qui docent. diuitias et opes et erbos
p dilectabilia p missa conquirant; siue qd ecclesiae
panē qui panis lugentium est et n̄ ridentium in laetitia
gaudioq; conficiant; r. quod aū sequitur; pecuniae
t argento oboediunt, omnia duplicit accipiendū:
uel ipsos doctores, postquam ad ꝺlatione ditatis
regnum in populis exercere uel certe quia argentū
p sermone semp accipitur qd eloquentiae
et orationi q: uerborum fit fronde conposita
facile cedat uulgus ignobile. In mēt et ua
regi n̄ e male dixe[illegible]ris et in secreto cubili tui
ne male dixeris diuiti. quo lucres caeli auferent
uocem tuam. et qui pennas habet adnuntiabit uerbū;

Sciam' nob mandatum non solum contra xpm
timere nihil loquendum; verum etiam in archanis
cordis quamuis uarus tribulationibus coartem
nihil blasphemum nihil impium sentiendum sit;
et quia dilectionem quam xpo et [illegible] hi beam
debemus et proximo, diligere quippe
dnm dm ex totis uiribus et proximum sicut nos ipsos.
etiam hoc nunc iubetur; Ne postregem de scis
quoq: facile detrahamus. et eos quos uidemus.
sapientia. scientia uirtutibus q: ditatos. linguae
mordacitate derogemus. qui angeli qui terram
circumeunt. et sunt administratores sps;
et in zacharia loquuntur; Circuimus omnem terram.
ecce omnis terra habitatur et silent ad instar auium
ad caelum nra uerba pferant et cogitationes.
et quod clam cogitam' di scientiam n latere.
mitte panem tuum sup faciem aquae quia in multi
tudine dierum inuenies illum; ad eli mosynam cohortat
qd omnipotenti sit dandum et indiscrete faciendum
bene; quomodo enim qui sup in rigua seminat fructum
sementis expectat; Ita qui largitur egentibus et non
granum seminis sed ipsum panem serit fenore
quodam multiplicationem illius prestulatur;
et cum dies iudicii uenerit multo amplius quam dederat

Sciam' scrip
De trahente
oreto proximo s
hanc psequet

repperiturus est; aliter, In quocumque homine illam
/. flumineae aquam uideris sed qua dr̄ /. deuentre ei fluentaque
uiuae; Ne pigeat te panem sapientiae panem
rationabilem p̄stare sermonis; si enim hoc frequent̄
fece[illegible]ris inueniste non incassum iecisse
sem[illegible]tem doctrinarum. tale quid et
in isaia dictum puto. beat qui seminat sup aquā
ubi bos et asinus calcant; Ille magist beatitudine
dign̄ habet. qui sup in riguū pectus seminat audien
tium tā ex iudaeis quam ex gentibus populo congre
gato; da pastem his septem et quidē illi octo
quia non scis qd futurū sit malum sup terram;
Praecipit ut in utrūque instrumentum tā uetus
scilicet quam nouū pari ueneratione credamus
iudaei dederūt partem septē credentes sabbatū
sed n̄ dederūt partem octo resurrectionem dei
dominicę denegantes; e contrario heretici
marcion et manicheus et om̄ qui uetere lezem
rabido ore delaniant dant partem octo suscipientes
euangelium sed eandem septinario numero n̄ tri
buunt. uetere lezem respuentes; Ho sigit
utroq; instrum̄to credam̄ n̄ enī possum̄ cruciatus
/. iccmente. dignaq; poenam /. conp̄hendere q; reposita est his
qui uersantur in t̄ra iudaeis atq; hereticis

eduobus alterũ denegantibus. Si repletæ fuerint
nubes imbres supterrã effundent. Si caeciderit
lignum ad austrum aut ad aquilonem in loco
ubi caeciderit lignũ ibi erit illud; Nubes s. prophetæ
et omis uiri sci quicũ plures in corde suo congregauerit
disciplinas tunc ualebit praecepta pluere doc
trinarum et dicere expectet sicut pluuia eloquiũ
meum; et homo ubicũq; sibi locũ p̃parauerit
futuramque sedem siue ad austrum siue ad aquilonẽ
ibi cũ mortuus fuerit p̃manebit. Lignum igitur
qd̃ in hac uita corruerit et conditione mortalitatis
fuerit incisum aut peccauit. antedum stare
et in boreae parte postea ponetur. aut si dignos
austro fructus adtulerit in plaga iacebit australi
quãuis enĩ longeus sit tamẽ non erit in p̃pe uũ sed subito
ut uentorum; Ita mortis tẽpestate submersus ubi
cũq; caeciderit ibi iugit p̃manebit; Si uerigidũ
